

Commend
1670 13
ΣΥΓΧΑΡΜΑΤΑ
NUPTIALIA,
VIRO EXCELLENTISSIMO
CLARISSIMOq̄,

DN. M. SAMUELI
SCHELGUIGIO,

Gymnasii Thorun. Profess. & Con-
Rectori, optimè merenti,
SPONSO;

Cùm

VIRGINEM FLORENTISSIMAM,
ANNAM REGINAM,

Admodum Reverendi & Clarissimi VIRI,
DN. SIMONIS WEISSII,


ad D. Mariæ apud Thorunienses Verbi Mini-
stri fidelissimi, itemq̄; Gymn. Prof. Extra-
ord. digniss.

FILIAM,

Domum duceret,

2. Calend. Septembr. Anno 1670.

ab
AUDITORIBUS PRIMÆ CLASSIS
OBLATA.



THORUNII

Typis excusa à JOH. COEPELIO, *Gymn. Typogr.*



Laudite Pegasides, Phœbea plaudite Nym-
pha,

Dùm SPONSO docto, SPONSA venusta
datur.

Dicite, sis felix, SCHELGUIGI CLARE,

REGINÆ junctus, prospera quæq; vide!
tuaq;

JOHANN. CHRISTOPH. WALTER,
Neo-Sed. Pom.

Chronodistichon; quo Annus, Mensis, &
dies Nuptiarum indicatur.

SIDERA Læta opto tibi Lorla, SPONSE, NapæI,
ANNA tulos It In amplexibus, quæ Vels SPON-
sa, pettos.

Hæc sunt exiguis, quæ fundo plurima, metris;
Ingens hisce DEUS pondus dignetur inesse.

OTTO FRIDERICUS à SCHKOPP,
Nob. Sil.

HÆtenus Aoniis operatus sedulus agris
Uxorem poscis, muneris, ecce, loco.

Sit

Sit, precor ex animo, tua conjux dulce levamen;
Sit spes, sit requies, SPONSECOLENDE
tibi.

JOHANN. CNORR, Glog. Sil.

ES wird/ Herr Schelwig/ Ihm Minerven
Zucht geschenktet
Für lang gehabte Müß: drum auch ein jeder denket
Waser Ihm schencken wil. Ich schencke diese
Wort;

Er leb nebst seiner Braut in Glücke fort für fort!
ALEXANDER TEEJOD / von Edlin
aus Pommern.

ES sey der Himmels-Fürst / bey euch verknüpff-
te Herzen
Izt und zu jederzeit. Er laß die Liebes Kerzen
Euch leuchten inmerdar. Es sey auch euer Haus/
Mit Seegen angefüllt: das Unglück weich heraus!
Nathanael Kubach / von Cöplin
aus Pommern

PALLADII LUMEN, SCHELGUIGI, SPONSE COLENDE,
DUM SPONSAM LEPIDAM JUNGIS AMORE TIBI;
COMPRECOR, UT PYLIOS TRADUCAS MOLLITER ANNOS,
ET THALAMUM CINGAT PAXQ; QUIESQ; TUUM!

NICOLAUS ZICHARDUS,
Berg. Rug.

A Lūdis jus sit festis arcere Lycurgus
Innuptos, muletā Posthumiusq; premit.
Ne cælebs vivas, lectam Tibi jungis amicam.
Hinc torus ut LARIX stet vigeatq; precor.

JOHANNES KETTELBÜTTERUS,
Glogov. Sil.

Cum pia Musarum jam nunc, Neonymphe, corona
Optime, vota paret fundere grata Tibi;
Hac quoq; votorum consistat summa meorum:
Cum pietate, fides mutua corda liget!

JOHANNES CNÖFFELIUS,
Bud. Lusat.

Mala novis statuit tribuenda Cydonia Nuptis,
More Solon certo Græcorum stella Sophorum.
Non ego mala tibi tribuam Cydonia, *Sponse,*
Grana aut Cydonii quot sunt Tibi læta vovebo.

CHRISTIANUS MENDIUS,
Leipp. Sil.

Temporis autumnus ceu pars ditissima pomis
Cellas atq; domos accumulare solet;
Sic quoq; connubium, CLARISSIME SPONSE, pre-
cabor,
Gaudia multa Tibi, prospera quæq; ferat!

WOLF BALTHASAR, Baro à
Rechenberg.

Et

ET tu non potuit virtus depellere Amorem,
Qui Tibi nunc Venerem junxit, Præclare Ma-
gister?

O vivat tecum concors Titania secla,
Proleq; Te carâ faciat REGINA parentem!

DAVID ZÖLLER, Thor. Bor.

Conjugium qui olim florenti sanxit in horto,
Hanc junxit SPONSAM, VIR VENERAN-
DE, tibi.

Quid petis ulterius? jungemus vota precantes:
Det tibi, det costa prospera quæq; tuæ!

DANIEL SPANTKOVIVS,
Cörlinensis Pom.

Præfulgens auros digito qui cingit amantium
Annulus, ut fini vulgo carere solet:

Sic precor ex animo, ne eeset, corcula juncta,
In vestris animis conjugialis amor.

JOHANN EVERBECK,
Mariab. Boruss.

CArmina læta canit Musis sacrata juvenus,
DOCTORIQ; vovet prospera fata suo,
Ob benefacta VIRI jungam mea vota decenter,
SPONSIS Conjugii vincula læta precans.

SAMUEL ENGELCKE, Elb. Bor.

X3

Quam

QVam pietas celebrat, quam virtus, OPTIME
SPONSE,

EN SPONSAM tandem, Numine dante, tenes.
Sit thalamus vobis lætus, sit prole refertus;
Vobis pro votis omnia semper eant.

JOHANNES CZIMMERMAN,
Thor. Bor.

P Ampinea ut vitis ramos amplectitur ulmis
Qvam sine vi nemo dissoluisse queat:
Corcula sic vestra infracto jungantur amore!
Nil ea disociet trux Libitina nisi.

GERHARDUS THOMAS,
Thor. Bor.

EN! datur in Thalamum VIRGO pietate
probata
SCHELGUIGIO, Musæ quam celebra-
re jubent.
Sit, precor, is felix! reddat solatia multa
VOBIS! & vitæ stamina longa sient!

ANDREAS BAUMGARTEN,
Thor. Bor.

Duff

Auff! Auff! o Musen o Chor / laß jetzt die Seiten
klingen/

In dem Herr Schelwig wird die Hymens Lieder singen/
In voller Lust und Freud: Er leb' ohn alle Sorgen &
Des Himmels reiche Günst sey bey ihm alle Morgen!

Johann Draudth / von Kronstadt
aus Siedenburg.

Sehr weißlich führet Er / Herr Schelwig / ruhm der
Weisen /
Die weiße WEISSHELM / weil Weißes alle
preisen:

Ich schliesse daß von Euch / ob auch schon weissen Greisen
Der Weissen Steine Glük wird niemahls dürfen reisen.

ANDR. BENJ. HEMPEL.
von Slog. aus Schlesien.

Expertem thalami, SCHELGVIGI, degere vitam
Dum renuis, socii foculus inisq; tori:
Opto, Tibi vultum servet fortuna benignum,
Tempora quò vita plurima latus agas!

GEORGIVS FISCHERVS, Elb. Bor.

Conjugium tela est, sine quæ subtegmine nescit
Stamineq; absolvi: Tu incipe, texe bene:
Sitq; DEUS stamen, sint & subtegmina cordis
Vota, piæq; preces! Hoc mea Musa vovet.

THEOPHILUS NICOLAUS RUBACH,
Schifelh. Pom.

Παρθένον αἰράϊαν σοι, Νύμφε, διδάκασι Μῦσαι,
ὅτι ἐν αὐτῶν ἤς αὐλίδι σπαδαῖος.

*** **

HAlcyonas referunt tranquillam ducere vitam:
Hanc quoq; Conjugibus coelitus, opto, novis.
JOHANN. BARTHOLDUS,
Morin. Neo-March.

En/ Herr Schelwig/ ist so wol von dem Himmel ausgezehret/
Dass Ihm nū von Juno selbst/ wird die Weisheit zugeföhret/
Ja der Hymen ruffet auch: lebe woll verliebtes Paar/
Dis das Alter endlich dich/ bringet zu der Engels-Schaar!
CHRISTOPHORUS PORSCH. Elb. Bor.

AD SPONSUM.

Macte animo, Nove Sponse, tuo, post vota
precesq;
Exspectans faustum Numinis auspiciū.
Ne dubites, aderit Thalamo benedictio summi,
Vota, quod ut fiat, jam mea jungotuis.
JOACHIMUS SCHVMACHER,
Colbergâ Pomeranus.

Alter opes quæxit vanas, mox alter honores:
Tu potius Sponsam, Sponse colende, piam;
Auro quæ potior: nam donum est Numinis alti.
Ergo cunctipotens hæc tua vota beet.
JOACHIMUS MIETMANNUS,
Neo-Stet. Pom.

Quid scribã tibi, SCHELGUIGI, præclare Magister,
Dum casti celebras fœdera conjugii?

Hoc

Hoc unum scribam pro docto carmine votum :
Dec Tibi cum SPONSA prospera quæq; DEUS!
ANDREAS FRIDSMAN,
Bolgatzio Transylvanus.

Es blühe jederzeit bey dem verliebten Paare/
Fried / Wohlstand / Glück und Hehl / damit Sie lange Jahre
In Ruhe bringen zu / biß daß Sie treten an
Dy alles Ach und Weh' / die blaue Himmels Bahn.
Heinrich Schrader / von Danzig
aus Preussen.

Mos fuit, ut quondam SPONSI tegerentur Athenis,
Floridulis palma fructibus & violis.
Nunc pede dum fausto cum Nuptâ tendis ad aram,
Queis caput orno tuum, lilia grata cape.
JOH. MELCHIOR à Dyherrn / Nob. Sil.

Vos pia junxerunt sociali fœdere fata,
Juncti felices este, manete diu.
Una sit vos inter mens & concordia concors!
Florete, & vestrum prole replete torum!

GEORGIUS BRABANDIUS,
Heiligenbeil. Borusfus.

Opto diu felix vivas, Neonymphe Colende,
Sit sine nube Domus, nec sine prole Torus!
Unus eat duplo de corpore sensus, iidem
Mores! Sponse tuam dilige, Sponsa tuum.
JOACHIMUS SCHELINEMANNUS, Colb. Pom.

B

Chara

CHara dies praesto est juncturus foedere sacro
ANNAM REGINAM; SPONSE Colende,
Eveniant igitur vestris ex omnia votis; (Tibi.
Hoc precor ex animo. Coetera Numen aget.

CHRISTIANUS GROLOCIUS, Schiveth. March.

Consvevere aliis alii pro more vetusto,
In Thalami Festum millia vota dare:
Dum thalami jam festa paras, precor, OPTIME
SPONSE,
Te, DEUS omnigena prosperitate beet.

CHRISTIANUS GERLACH, Vratisl. Sil.

Vivite concordia lectissima pectora mente,
Et facili impositum ferte labore jugum.
Vivite felices, Cuneos vivite in annos!
Floreat ex omni parte beata domus!

JOHANNES AUSTEN, Thor. Bor.

Foedere ceu Sancto primos conjunxit amantes,
Sic nexu jungat vos meliore DEUS!
Vivite concordes, pacati vivite Sponsi:
Pacato melius quid queat esse toro?

DANIEL EPÆNETUS, Waskov. Pol.

Sacras dum celebras tædas, venerande Magister
SCHELGUIGI, ex animo prospera quæq; precor.
Alti-

*Altipotens thalamum summâ bonitate secundet,
SPONSUM cum SPONSA, protegat usque
DEUS!*

MARTINUS BLÜMING, Züll. Sil.

Numine dum dextro sanctos meditaris amores,
Legitimo & castam tibi foedere jungis amicam;
Apprecor examino, faveant pia numina coeptis,
Atq; tua superes annos cum Conjuge longos!

Heinricus Dżickowsky, Thor. Bor.

SCHELVIGI, optatam cui virtus pulchra Ma-
ritam

*Doctrinaq; decus conciliare valet;
Es dives certe: thesaurus verus amicus.*

Quæ fortuna tibi gratior esse potest?

JOHANNES MOLDENHAUER,

Caunens. Lithuanus.

Plaudimuseuge! tuis dum, VIR CLARISSIME,
tædis,

Debita cum reliqvis hæc mea vota fero.

*Absit Eris thalamo, adsit Eros, concordia fines
Inveniat nunquam, corda sed usq; liget.*

MICHAEL TESSIN, Gedan. Bor.

Sacra

Sacrae celebras | Eveni ant ex | Hac vice doni. | Ira nec adfite
Asta Hymenzi | Limine cordis, | Exeat opto, | Gaudia donec
Micia facta | Suscipe, quaso, | Laus tua porro. | Intima vobis
Ut tibi semper | Carmine vota | Vivito concors, | USq; Jehova!

CHRISTIANUS ROMERUS,
Hammerst, Prusf.

SCHELGUGI sancto jungens Tibi foedere Nymphā
In thalami sociam, prospera quæq; vide.
Det DEUS omne bonum thalamo, det gaudia
blanda,
Teq; sinat Pylios vivere, SPONSE, dies!

SAMUEL KERN, Züllich. Silef.

Die Himmel bedecken mit fröhlichen Strahlen
Such beyde/so Venus heutt' herrlich wird mahlen,
Geniesse die Güter des Cræsus in Freud/
Erlebet die Zeiten des Nestors ohn Leyd.

Friederich Zamehl/ von Elbing
aus Preussen

Conjugii foedus, te Clare Magister, inire
Gaudeo, supremo sic moderante DEO.
Gaudia connubii tot sint Tibi, faxit Jova,
SPONSE, quot immensus sidera Olympus
habet.

MICHAEL DAU, Mariæb. Prusf.